fiat, utrum una nunciatione sufficiat, an vero plures sint necessariae? El ait Julianus lib. 49 Digestorum, quia in re presenti fit nunciatione, plures nunciations esse necessarias, et consequenter plures remissionses. — § 17. Si is, cui renunciatio erit ex operis novi nunciatione, satiscederit, remiserit, aut per eum non<sup>29</sup> fieret, quo minus boni viri arbitratu satidet, reprobitate: perinde est, ac si operis novi nunciatione omissa esset. Habet autem hoc remedium utilitatem: nam remittit vexationem ad pratorum veniendo, et desiderandi, ut missa fieret nunciatione. — § 18. Qui procuratorio nomine nunciaverit, si non satisdabit, *eam rem dominum ratam habiturum*: nunciatione *omnino* remittitur, etiamsi verus sit procurator. — § 19. Qui remissionem absentis nomine desiderat, sive ad privatum sive ad publicum jus ea remissio pertinet, satisdare cogitur: sustinet enim partes defensoris<sup>30</sup>; sed haec satisdacio non pertinet ad ratificationem, sed ad operis novi nunciationem. — § 20. Si procurator autem opus novum mili nunciaverit, et satis accepit, deinde interdicto adversus eum utar, ne vim mili faciat: qui minus aedificem: ex interdicto eum oportet judicatum solvi satisdare; quia<sup>31</sup> partes sustinet defensoris:

#### 6. JULIANUS, [lib. 41 Digestorum].

Et ideo neque exceptiones<sup>32</sup> procuratoriae opponi ei debent, nec satisdare cogendum est, ratam rem dominum habiturum.

#### 7. ULPIANUS, [lib. 52, ad Edictum].

Et, si satisdacionem non dabit, summovendus erit ab executione operis novi: et actiones, quas domini nomine intendit, debent ei denegari. — § 1. Et tutor et curator operis novum recte nunciantur.

#### 8. PAULUS, [lib. 48, ad Edictum].

Non solum proximo vicino, sed etiam superiori operis facienti nunciare opus novum poterit: nam et servitutes quedam, intervenientibus mediis locis vel publicis vel privatis, esse possunt. — § 1. Qui operis novum nunciari, si quid operis jam factum erit, in testationem<sup>33</sup> referre debet, ut appareat, quid postea factum sit. — § 2. Si, cum possem te jure prohibere, nunciaveri tibi operis novum: non alias aedificandi jus habebis, quam si satisdederis<sup>34</sup>. — § 3. Quod si nunciaveri tibi, ne quid contra leges in loco publico facias: promittere debebis; quoniam de eo operis, alieno iure contendo, non meo: et tanquam alieni juris petitor, reprobatione contentus esse debeo. — § 4. Scindunt sit, facta operis novi nunciatione, cui nunciatum est, abstinere oportere, donec caveat, vel donec remissio nunciationis sit: tunc enim, si jure aedificandi habet, recte aedificabit. — § 5. Sed ut probari possit, quid postea aedificatum sit, modus<sup>35</sup> remissio debet, qui nunciatum est, uti sicut uti sumentur, conferatur, prator decernere solet. — § 6. Morte ejus, qui nunciavit, extinguitur<sup>36</sup> nunciatione, sicut alienatione: quia his modis finitur jus prohibendi. — § 7. Quod si is, cui operis novum nunciatur erat, decesserit, vel aedes alienaverit: non extinguitur operis novi nunciatione; idque ex eo apparuit, quod in stipulatione, quae ex hac causa interponitur, etiam hec redit mentio sit.

#### 9. GAUUS, [ad Edictum urbicum, titulo de Operis novi nunciatione].

Creditor, cui pignoris nomine praedium tenetur, permittendum est, de jure (id est, de servitute) operis novum nunciare: nam<sup>37</sup> ei vindicatio servitutis datur.

#### 10. ULPIANUS, [lib. 45, ad Sabinum].

Operis novi nunciatione in rem<sup>38</sup> fit, non in personam. Et ideo fuisse et infanti fieri potest: nec tutoris auctoritas in ea nunciatione existitur.

#### 11. PAULUS, [lib. 41, ad Sabinum].

Cuiilibet enim intelligenti, veluti fabro<sup>39</sup>, nunciatur, infante et fuisse tenet.

#### 12. IDEM, [lib. 45, ad Sabinum].

Ex operis novi nunciatione si caveatur, tanti stipulatio committitur, quanti judicatum sit.

#### 13. JULIANUS, [lib. 41 Digestorum].

Cum procurator opus novum nunciari, et satisdat rem<sup>40</sup> ratam dominum habiturum: et remissio in domini personam conferatur. — § 1. Si dominus opus novum nunciaverit intra diem, quae stipulatione ex operis novi nunciatione interposita comprehensa esset, committitur stipulatio: si pratorita ea die dominus nunciatur, non committitur. Nam et ipsi do-

minio, cum semel nunciaverit, non permittit iterum nunciare, quamdiu stipulatio ex operis novi nunciatione teneret. — § 2. Si in remissione parte eius, qui opus novum nunciaverit, procurator interveniat: id agere prator oportet, ne falsus procurator absenti noceat; cum sit indignum, quolibet intervenientem beneficium pratoris amitti.

#### 14. IDEM, lib. 49 Digestorum.

Qui viam habet, si opus novum nunciaverit aduersus eum, qui in via edificat, nihil agit<sup>41</sup>, sed servitutem vindicare non prohibetur.

#### 15. AFRICANUS, lib. 9 Quæstionum.

Si priusquam aedificatum esset, ageretur, jus vicino non esse aedes altius tollere, nec res ab eo defenderet: partes judicis non alias futuras fuisse ait, quam ut eum, cum quo ageretur, cavere juberet, non prius se aedificaturum, quam ultra egisset, jus sibi esse altius tollere. Idemque et contrario, [si] cum quis agere vellet, jus sibi esse [invito adversario] altius tollere: eo non defendente, similiter (inquit) officio judicis continetur, ut cavere adversari juberet, nec opus novum se nunciaturum, nec aedificanti vüm facturum. Eaque ratione hactenus is, qui rem non defendere, punietur, ut jure suo probare necesse haberet: id enim esse, petitoris partes sustinere.

#### 16. ULPIANUS, lib. 43, ad Edictum.

Si opus novum prator jussit nunciari, deinde<sup>42</sup> prohibuit: ex priore renunciatione agi non potest, quasi aduersus dictum ejus factum sit.

#### 17. PAULUS, lib. 57, ad Edictum.

Si procurator opus novum facientem prohibuerit, domino<sup>43</sup> competit quod vi aut clam interdictum.

#### 18. PAPINIANUS, lib. 3 Quæstionum.

Aedibus communibus, si ob opus novum nunciatione uni fiat, si quidem ex voluntate omnium opus fiat, omnes nunciatione tenet: si<sup>44</sup> vero quidem ignorent, in solidum obligabitur qui contra edictum pratoris fecerit. — § 1. Nec ad rem pertinet, cujus solum sit, in quo opus fiat: sed quis ejus soli possessor inveniatur; modo si ejus nomine opus fiat.

#### 19. PAULUS, lib. [8] Quæstionum.

Sciendum est, denegata executione operis novi, nihilominus integras<sup>45</sup> legitimas actiones manere: sicut in his quoque causis manent, in quibus ab initio operis novi denunciationem prator dengat.

#### 20. ULPIANUS, lib. 71, ad Edictum.

Prator ait, *Quem in locum nunciatum est, ne quid operis novi fieret, qua de re agiur: quod in eo loco, ante quod nunciatio missa fieret, aut in ea causa eset ut remittit debetur, factum est, id restitutus.* — § 1. Interdictum hoc proponit ex h

linqui. — § 11. Nec quicquam interest, jure<sup>53</sup> quis adficeret, an non jure [adficeret]: cum sit securus is<sup>54</sup>, qui opus novum nuncavit, postea quam ei cautum est. — § 12. Hoc autem interdictum competit ei, qui satisdedit. — § 13. Adficatur et illud, aut per te stat, quo minus satisdetur: proinde si satis datum non est, sed repromisum, interdicto huic locu[n]s non erit: neque enim permittendum fuit, in publico adficerare prius, quam apparet quo jure quis adficeret. — § 14. Et si satisdatum sit, cautum tamen<sup>55</sup> non perseveret, interdictum cessat. — § 15. Si aliquando stetit per nunciato[n]em, quo minus satisdetur, nunc non stat: interdictum cessat. — § 16. Hoc in[ter]dictum etiam post annum, et tieredi ceterisque successoribus competit.

21. *Idem*, lib. 80, ad Edictum.

Stipulatio de operis novi nunciacione interponi solet, quotiens<sup>56</sup> vici-nus dicit, sibi esse, prohibere vicinum, opus novum invito so facere. — § 1. Si quis autem vult post opus novum nunciacionem impune adficerare, offere debet sati nunciatori; quod si fecerit, utrius consultum est, tam ei<sup>57</sup> qui nunciavit, quoniam cautum habet de opere restituendo: quam ei, cui nunciatum est, quia molitus ejus non impeditur; antequam enim caveat, quidquid adficeraverit, interdicto restitutorio destruere compellitur. — § 2. Habet autem ista stipulatio conditionem: ut ita demum committatur, si iudicatum fuerit, sive ante rem iudicata causa que ac-cederit, neque res defundatur, et de modo malo subjicitur clausula. — § 3. Opus autem factum accipimus, non si unum vel alterum clementum fuit impositum: sed si proponatur instar quoddam [operis] et quasi facies quedam facta operis. — § 4. Sive autem res iudicetur, sive res non defun-tatur: stipulatio in id committitur, ut res viri boni arbitru[m] restituatur. Quod si ita restitutum non erit, quanti ea res erit, tantam pecuniam da-bit, si hoc petitor placuerit. — § 5. Quasiens est, si plures domini adficerent, an omnes cauere debeant? Et ait Labeo, unum cavere debere: quia restitutio operis fieri pro parte non possit. — § 6. Idem ait, etsi plures nuncient, curandum esse, uti nuncaveatur, si inter eos conveniat. Plane si non conveniat, et singulis erit cavendum. — § 7. Idem dicit, adjicendum esse in stipulacione, ut tantum praeferatur, quanti unusquisque intersit, si hoc maluerint; ceterum si ita fuerit (inquit) cautum, quanti ea res erit: dubitabit, utrum ad ipsas corporis aestimationem hae verba referuntur, an vero ad quod ejus interest, qui stipulatur? Ego puto, et si sic fuerit uni cautum, Quanti ea res erit, defendi posse, stipulationem sufficere: ad operis enim quantitatem res referunt.

22. *MARCELLUS*, [lib. 15 Digestorum].

Cui opus novum nunciatum est, ante remissam nunciacionem opere facto decessit; debet heres ejus patientiam destruendi operis adversario præstare: nam et in restituendo hujusmodi opere, ejus, qui contra edictum fecit, pena versatur: porro autem in penam heres non<sup>58</sup> succedit.

23. *JAVOLENUS*, [lib. 7 Epistularum].

Is, cui opus novum nunciatum erat, vendidit<sup>59</sup> præmium, emptor redi-ficavit: emplorem, an venditorem teneri putas, quod adversus edictum factum sit? Respondit, Cum operis novi nunciatio facta est: si quid adficiatur est, emptor, id est, dominus prediorum tenetur: quia nunciatio operis non<sup>60</sup> personas fit; et si demum obligatus est, qui eum locum possidet, in quem opus novum nunciatum est.

## TIT. II.

### DE DAMNO INFECTO ET DE SUGGRUNDIS, ET PROTECTIONIBUS.

4. *ULPIANUS*, [lib. 4, ad Edictum].

Cum res damni infecti celeritatem desiderat, et periculosa dilatio prætori videtur, [si] ex hac causa sibi jurisdictionem reservaret: magistratis municipalibus delegandum<sup>1</sup> hoc recte putabit.

2. *GAIUS*, [lib. 28, ad Edictum provinciale].

Damnum infectum est, damnum nondum factum, quod futurum ve-remur.

3. *PAULUS*, [lib. 47, ad Edictum].

Damnum et dammatio ab ademptione et quasi deminutione patrimonii dicta sunt.

<sup>53</sup>. L. 1, in pr. supr. b. t. — <sup>54</sup>. L. 21, § 1, inf. eod. — <sup>55</sup>. L. 4, supr. ut in posses-sagit; L. 4, inf. de stipul. prætor. — <sup>56</sup>. L. 1, § 17, supr. b. t. — <sup>57</sup>. L. 20, § 11, supr. eod. — <sup>58</sup>. L. 53, inf. de oblig. et action. — <sup>59</sup>. L. 18, in fin. supr. b. t. — <sup>60</sup>. L. 10, supr. eod.

Tir. II. — L. 4, § 3, inf. b. t. — L. 1, supr. eod. — L. 4, in fin. supr. de offe-ctus, cui mand. jurisdic. in fine vide L. 26, inf. ad mancipali. junct. L. 4, supr. de offe-

4. *ULPIANUS*, [lib. 4, ad Edictum].

Dies cautioni præstitutus si finietur, prætoris vel præsidis officium erit, ex causa vel reum notare, vel protelare cum: et si hoc localem exigit inquisitionem, ad magistratus municipiales hoc remittere. — § 1. Si intra diem a prætore constituendum non caveatur, in possessionem ejus rei mittendus est. *Eius rei sic accipe, sive tota res sit, sive pars [sit] rei.* — § 2. An tamen is qui non admittit, etiam pignoribus a magistratis co-rectur? Non puto: sed in factum actione tenebitur; nam et si a prætore missus non admittitur, eadem actione utendum est. — § 3. Ducas ergo res magistratis municipalibus<sup>2</sup> prætor vel præses injunctis<sup>3</sup>, cautionem et possessionem: cetera sua jurisdictioni reservavit. — § 4. Si forte duretur non caveri: ut possidere liceat (quod causa cognita fieri solet), non duumviro, sed prætore vel præsidem permisuros: item ut ex causa decadatur de possessione. — § 5. Prætor ait, dum ei, qui aberit, prius domum denunciari jubeam. Abesse autem videtur, et qui in jure non est<sup>4</sup>: quod et Pomponius probat. Verecunde autem prætore denunciari juberet, non extra domo domu. Sed domum [in quam degit], denunciari, sic acciper debemus, ut etsi in aliena domo habitet, ibi ei denunciatur. Quod si nec habitationem habeat, ad ipsum præsum erit denunciandum vel procuratori ejus, vel certe inquinilis. — § 6. Totiens autem prætorem exigere denunciacionem intelligendum est, si sit, cui denunciatur. Ceterum si non sit, veluti quod hereditaria insula est, nec dum hereditas adita; vel si heres non exsistet, nec inhabitetur: cessat haec pars edicti. Est tamen tutius, libellum ad ipsas aedes proponere: fieri enim potest, ut ita monitus defensor existat. — § 7. In eum, qui quid eorum, quæ supra scripta sunt, non curaverit, quanti ea res est, cuius damni infecti nuncatum non erit, iudicium datur: quod non ad quantitatem referunt, sed ad id, quod interest, et ad utilitatem venit, non ad ponam. — § 8. Hoc autem iudicium certam conditionem habet, si postulatum est: ceterum qui non postulavit, experiri non potest. Postulare<sup>5</sup> autem proprio hoc dicimus, pro tribunali petere, non alibi. — § 9. Si tam vicinum urbi municipium sit, ut magistratus non interponente, potuerit prætor vel præses adiri: potest dici, cessare hanc actionem aduersus magistratus, quasi nihil intersit, cum in tua potestate fuerit a prætore vel præside desiderare in possessionem mitti. — § 10. Hac autem actio, cum rei habeat persecutionem, et heredi, et in heredem<sup>6</sup>, et perpe-tuo dabitur.

5. *PAULUS*, lib. 4, ad Edictum.

Prætoris officium est, ut missus in possessionem, etiam eam per longi temporis spatium in suum dominium capere possit. — § 1. Si plures sint domini, qui cauere debent, et aliquis non caveat: in portionem ejus mittetur. Et contra, si aliquot sint, qui caveri sibi desiderant, et aliis pretiosiores, aliis viliores habeat aedes: sive unius domus plures habeant dispersae partes: tamen non magnitudine dominii quisque, sed equaliter<sup>8</sup> mentitur onnes in possessionem. — § 2. Si et dominus proprietatis, et fructuarium desideret sibi caveri damni infecti, uterque audiendus est: nec enim injuriam sentiet promissor, non plus cuique præstaturus, quam quod ejus intersit.

6. *GAIUS*, lib. 4, ad Edictum provinciale.

Evenit, ut nonnunquam damno dato nulla nobis competat actio, non interposita ante cautione. veluti si vicini aedes ruinose in meas aedes desiderent: adeo ut plerisque placuerit, nec cogi quidem eum posse ut ruderat tollat, si modo omnia, quæ jaceant, pro derelicto habeat.

7. *ULPIANUS*, lib. 53, ad Edictum.

Prætor ait: *Damni infecti suo nomine promitti<sup>10</sup>, alieno satisdar<sup>11</sup> jubebo ei, qui iuraverit<sup>12</sup>, non calunia causa id se postulare, eumve, cuius nomine agit, postulaturum fuisse in eam diem, quam causa con-gredi statuerit; si controversia erit, dominus sit, necne, qui caverit. sub<sup>13</sup> exceptione satisdar<sup>14</sup> jubebo; de eo opere, quod in<sup>14</sup> flumine pu-blico ripave ejus fiet, in annos decem satisdar<sup>15</sup> jubebo; eum, qui ia[n]a non caveritur, in possessionem ejus rei, cuius nomine, ut caveratur, postulabitur, ire, et, cum justa causa esse videbitur, etiam possidere jubebo. In eum, qui negat caveri, negat in possessione esse, neque possidere passus erit, iudicium dabo: ut tantum<sup>15</sup> præstet, quantum præstare eum oportet, si de ea re ex decreto meo, ejusve, cuius de ea re iurisdictio fuit, quæ mea est; cautum fuisse; ejus rei nomine, in cuius possessionem miser, si ab eo, qui in possessione erit, damni*

<sup>4</sup>. L. 199, in pr. inf. de verb. sign. — <sup>5</sup>. L. 18, supr. de in jux. vocandi: L. 105, inf. de reg. ipse. — <sup>6</sup>. L. 1, § 2, supr. b. t. — <sup>7</sup>. Arg. L. 55, in pr. inf. de oblig. et act. et. — <sup>8</sup>. L. 12, § 18, inf. b. t. — <sup>9</sup>. L. 7, § 24; L. 24, § 1, inf. eod. — <sup>10</sup>. L. 9, § 24; L. 24, § 2, inf. eod. — <sup>11</sup>. d. § 4. — <sup>12</sup>. d. L. 15, § 2, § 12 et § 13. — <sup>13</sup>. L. 51, § 1, inf. eod. — <sup>14</sup>. L. 15, § 2; L. 51, in pr. inf. eod.; L. 1, § 7, inf. de supul. prætor. — <sup>15</sup>. L. 28, inf. b. t.

infecti nomine [non] satisdar<sup>16</sup>: eum<sup>16</sup>, cui non satisdar<sup>17</sup>, simul in possessione esse jubebo. — § 1. Hoc edictum prospicit damno nondum facto<sup>17</sup>, cum cetera actions ad damna, quæ contigerunt, sarcina pertineant, ut in legis Aquilia actione, et alii: de damno vero facto nihil editio caverit; cum eam animalia, quæ noxam commiserunt, non<sup>18</sup> ultra nos solent onerare; quam ut noxae ea dedamus: multo magis ea, quæ anima carent, ultra nos non debent onerare; presertim cum res quidam animales, quæ damnum dederint, ipsæ extant, aedes autem, si ruina sua damnum dederunt, desierint extare. — § 2. Unde queritur: si antiquæ caveretur, aedes desiderant, neque dominus rudera velit ege-re, eaque derelinquet: an sit aliqua adversus eum actio? Et Julianus consultus, si priusquam damni infecti stipulatio interponeretur, aedes vitiosse corrissent, quid facere deberet is, in eis aedes ruderam decidissent, ut damnum sarcirent: respondit, Si dominus ædium, que ruerunt, vellet tollere, non aliter permittendum, quam ut<sup>19</sup> omnia, id est, et qua inutilia essent, auferret: nec solum de futuro, sed [et] de præterito damno cavere eum debere: quod si dominus ædium, que desiderant, nihil facit, interdictum reddendum ei, in cuius aedes ruderam<sup>20</sup> decidissent, per quod vicinus compelletur, aut tollere, aut totas aedes pro dero-lito habere.

12. *PAULUS*, [lib. 48, ad Edictum].

His, qui pignori rem accepereunt, potior est is, cui damni infecti non caverunt, si possidere, et per longum tempus rem capere, ei permisua fuerit.

13. *ULPIANUS*, [lib. 53, ad Edictum].

Qui bona fide a non domino emit, videndum est, nunquid reppromittat, non etiam satisdet? Quod quibusdam videtur: habet autem rationem, ut magis reppromittat, quam satisdet: suo enim nomine id facit. — § 1. Sive corporis dominus, sive is<sup>21</sup>, qui jus habet (utputa servitum), de damno infecto caverat: puto eum reppromittere debere, non<sup>22</sup> satisdere: quia suo nomine id facit, non alieno. — § 2. Cum inter aedes meas et tuas sint aliae aedes non vitiosse: videndum est utrum tu solus mihi cavere debebas; an vero et is, cuius aedes vitiosse non sunt; an ille sois [an ambo]? Et magis est, ut ambo cavere debeant: quia fieri potest, ut aedes vitiosse in aedes non vitiosas incidentes damnum mihi dent: quamvis possit quis dicere, non vitio incolumum ædium hoc factum, si aliae in eas incidentes damni causam prebuerunt; sed [et] cum proprie-tate sibi potuerit, damni infecti cautionem non prospexerit, merito conve-nietur. — § 3. Qui damni infecti caveri sibi postulat prius de calunnia<sup>23</sup> jurare debet. Quisquis igitur iuraverit de calunnia, admittitur ad stipulationem. Et non inquiretur, utrum interstiti possit, an non: vicinas aedes vitiosas in aedes non vitiosas incidentes damnum mihi dent: quamvis possit quis dicere, non vitio incolumum ædium hoc factum, si aliae in eas incidentes damni causam prebuerunt; sed [et] cum proprie-tate sibi potuerit, damni infecti cautionem non prospexerit, merito conve-nietur. — § 4. De his autem, qui via fluminis importuntur, sunt, un interdictum dari possit, queritur: Trebatius refert, cum Tiber's abundasset, et res multas in aliena adficiuntur, detulisset, interdictum a prætore datum, ne vis fieret dominis, qui minus sua tollerent, auferrent, si modo damni infecti reppromitterent. — § 2. Alenus quoque scribit, si ex fundo tuo crusta<sup>24</sup> lapsa sit in meum fundum, eamque petas, dandum in te-judicium de damno jam facto: idque Labeo probat; nam arbitrio judi-cis, apud quem res prolapsa petentur, damnum, quod ante sensi, non contineri: ne aliter, dandum actionem, quam ut omnia<sup>24</sup> tollantur, quæ sunt prolapsa. Ita denum autem crustam vindicari posse idem Alenus ait, si non coauerit, nec unitame cum terra mea fecerit. Nec arbor potest vindicari a te, quæ translata in agrum meum cum terra mea coaluit<sup>25</sup>. Sed nec ego potero tecum agere, *jus [mihi] non esse, ita crustam habere*, si jam cum terra mea coaluit: quia mea facta est. — § 3. Neratius autem scribit, si ratis<sup>26</sup> in agrum meum vi flu-minis delata sit, non aliter tibi potestatem tollendi faciendum, quam si de præterito quoque damno mihi cassissem. — § 4. Quesitum est, si solum sit alterius, superficies alterius, superficiarius utrum reppromittere<sup>27</sup> damni infecti, an satisdere debeat? Et Julianus scribit, quotiens superficiaria insula vitiosa est, dominum et de soli et de adi-ffici viito reppromittere, aut cum, ad quem superficies pertinet, de utro-que satisdere: quod si uterque cesseret, vicinus in possessionem mit-tendum. — § 5. Celsus certe scribit, si ædium taurorum fuisse sit, de damno infecti, nec fuerit nisi in possessione eius, et de utroque possit ei postea cavendum non erit: quia rei illicitam admisit; alias autem, si monumento adficiuntur noceat, in quo nihil sit, quod imputari possit ei ad quem jus monumenti pertinet, cavendum est ei, ad quem jus monumenti pertinet.

§ 8. Superficiari<sup>28</sup> et fructuarium<sup>29</sup> damni infecti utiliter stipulari hodie constat. — § 9. Sed ei, qui bona fide a non domino emit, damni infecti stipulacionem non<sup>40</sup> competere Marcellus ait. — § 10. Si quis opus novum nunciaverit: an nihilominus damni infecti ei caveri debeat, Julianus tractat? Et magis probat, caveri oportere. Nam et ei qui egreditur, ius adversario non esse altius tollere adficiunt; caveri debere. Item cum adversus quem interdictum quod vi aut clam competit, cavere debet Julianus ait: quia non est cautum, neque de viito ædium, neque de damno operis. — § 11. Si quis, quia sibi non caveratur, in possessionem ædium missus fuerit; deinde es cuius aedes fuerunt, cum præterea alias aedes haberet, desideret ab eo qui in possessionem missus est, at sibi damni infecti harum ædium nomine, quarum in possessionem missus est, caverit, caveret: an sit audiendus, videamus? Et Julianus scribit, Is, qui vitiosæ aedes cesserit, si integras retinuerit, numquid improbe ab eo qui vitiosas aedes cepit possidere, cautionem exigit? cum ideo possessionem amiserit, quia et ipse damni infecti satis non dederat? et saec probe postulat ab eo caveri sibi earum ædium nomine, quarum ipse cavererit, nec fuerit stipulatus: an postea ei stipulari volenti ju-randum sit, videamus. Et puto, iterum jurandum: quia possit fieri, ut aut tunc, aut modo calunniatur. — § 13. Si alieno<sup>41</sup> nomine caver-

<sup>24</sup>. L. 18, § 2, inf. de verb. sign. — <sup>25</sup>. L. 14, § 2, inf. ut. pr. — <sup>26</sup>. L. 7, § 6, in fin. supr. de dole mali: L. 1, in pr. supr. b. t. — <sup>27</sup>. Arg. L. 55, in pr. inf. de oblig. et act. et. — <sup>28</sup>. L. 12, § 18, inf. b. t. — <sup>29</sup>. L. 7, § 24; L. 50, in pr. et § 2, 1, inf. eod. — <sup>30</sup>. L. 7, in pr. supr. b. t., inf. h. t. — <sup>31</sup>. L. 6, supr. eod. — <sup>32</sup>. L. 9, § 4, supr. eod. — <sup>33</sup>. L. 50, in pr. et § 2, 1, inf. eod. — <sup>34</sup>. *Immo inde L. 9, § 4, L. 10, supr. eod.* — <sup>35</sup>. L. 7, in pr. supr. eod. — <sup>36</sup>. L. 13, § 2, § 3, inf. eod. — <sup>37</sup>. L. 33, L. 11, supr. b. t. — <sup>38</sup>. L. 7, § 2, supr. de usfr. — <sup>39</sup>. L. 20, inf. eod. — <sup>40</sup>. L. 7, § 2, supr. de usfr